

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Leges Universitatis Rostochiensis Quae bis quot annis publice præleguntur,
Autoritate Rectoris & Concilii, Civibus Academicis ad continuam
commonefactionem & evitandum perjurium, compendiosa sub forma, prævia
Revisione P. propositae Anno MDCCXXIII.**

Rostochii: Adler, 1723

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791058735>

Druck Freier  Zugang



Leges etc
Academie Rostochiensis

~~Universitäts-Archiv~~

Rostock, Sign.

~~RIA 4~~

~~RIA 4~~

K. e. — 47. ¹⁻⁶⁹

23

IN NOMINE DOMINI NOSTRI
JESU CHRISTI.

L E G E S
UNIVERSITATIS
ROSTOCHIENSIS

Quæ bis quotannis publicè præleguntur,

AUTORITATE
RECTORIS ET CONCILII

Civibus Academicis ad continuam commonefactio-

nem & evitandum perjurium, compendiosa sub forma, prævia Revisione

P. propositæ

Anno MDCCXXIII.

ROSTOCHII,

Typis JO. JAC. ADLERİ, SEREN. PRINC. & ACAD. TYPOGR.



Si quis Civium Academicis jure sibi locutus, discendere fecerit
ad hocum, Ceterum omnibus, & tamen jurem se leviter fecerit
et ab aliis quod non probum est, utrumque libenter faciat, nunc ad
hocum, Ceterum omnibus, & tamen jurem se leviter fecerit
et ab aliis quod non probum est, utrumque libenter faciat, nunc ad

723.



Uum Sapientiæ , omnisque adeò

(cuius gratia institutæ sunt, quas Academias vocamus, Scholæ regiæ) felicitatis initium sit timor Domini : Ante omnia volumus atque jubemus, ut Cives nostri, cujuscunque status atque conditionis, DEum, sapientiæ omnisque boni fontem, debitè reverentur, & actiones vitæ omnes, juxta voluntatem illius, in sacro scripturarum Codice expressam instituant, non externa solùm contra leges facta studiosè devitando, sed & interiora Cordis ad illam conformando, rationem olim supremo Judici reddituri.

Et quoniam nulla Societas sine conveniente ordine consistere potest, hunc autem Leges & statuta determinent, oportet. Id círcō & in hac literaria Societate nostrâ, ut ordine omnia atque decenter fiant, sequentia statuta promulgata & observanda volumus.

I.

Constitutum nimirum est, ut in hac urbe Rostochiensi unum sit Academiæ Corpus, constans ex IV. Facultatibus, Theologica, Juridica, Medica & Philosophica : Cujus Corporis unum Caput sit RECTOR Academiæ, habens in omnia Universitatis Membra, distinctionam a Senatu Urbis, Jurisdictionem.

II.

Rector ergo Academiæ nomina omnium Jurisdictioni Academiciæ Subjectorum in publico libro, quem MATRICULAM dicimus, scripta teneat, ut, in quos Academiæ Jurisdictione competat, constet.

III.

Quicunque autem in hanc urbem venerit, & Academiæ membrum esse, ejusque juribus ac beneficiis, vel præterea studiis quoque, frui volet, Inscriptiō ultra octiduum ne differat ; vel si ante jam inscriptio peracta sit, nihilominus intra octo dies illam exhibito inscriptionis documento, demonstret, & vel jure jurando, vel pollicitatione in vim juramenti factâ promittat, se Magistratui & Legibus Academicis parere, & imprimis nervos jurisdictionis nostræ, in vadi monio non deserendo, sententiæque Judicis obediendo, reverenter tueri velle. Cum ergo hujus juramenti vel in vim juramenti factæ promissionis vi, RECTORI parere Cives teneantur: perjuri censendi illi erunt, qui in judicium vocati non comparebunt, aut sententiæ RECTORIS parere detrectabunt, vel Aresto detenti sine consensu ejus discedant.

IV.

Nemo quoque Professorum, Doctorum aliorumve Universitatis membrorum, tales advenientem Studiosum ultra octiduum in habitati one aut convictu, non Inscriptum detinere; vel ad Prælectiones Academicas & disputationes admitttere; aut, quod multominus fieri fas est, ad gradum aliquem officii vel dignitatis, in quacunque Facultate, promovere audeat, sub pœnâ in Legibus specialibus expressâ.

V.

Si quis Civium Academiæ hujus alibi locorum, quacunque fuerit in Facultate, Gradum assumserit, & tamen jurium ac privilegiorum graduatis apud nos promotis concessorum particeps fieri, iusque frui volue-

luerit, is antea **RECTORI & CONCILIO** denuò fidem suam jure jurando peculiariter obstringat, nec ante specialem hanc receptionem jura isthac & privilegia sibi arrogare, aut usurpare præsumat, audeatve.

VI.

Quod si forte litium quidquam inter Academicum & Academicum exortum fuerit, apud nullum alium, quam Academicum Magistratum, **RECTOREM** nempe & **CONCILIUM**, actionem instituant, nec in **caso** ullo, tali in Casu, foro compareant.

VII.

Si qua verò Academiæ membro cum Cive urbis hujus accusando controversia intercedit, tum membrum Universitatis, cuiuscunque Conditionis aut dignitatis fuerit, adversarium suum ad nullum aliud tribunal citet, aut evocari sollicitet, quam Consulare : Salvo tamen **RECTORIS** & Universitatis privilegio. Quod si autem Senatus ultra duos menses justitiæ administrationem distulerit, Actore invito, tunc coram Serrissimo **PRINCIPE**, ut Episcopo Sverinensi & Academiæ Cancellario, agi poterit. Quod statutum violans pœnam perjurii incurret, & causam quam habet, amittet.

IX.

Ut autem, ex adverso, Civium urbicorum apud Magistratum Academicum querelis frequentioribus contra Studioſos occasio quodammodo præscindatur, statutum jam Anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto, Latino pariter atque germanico idiomate, publicatum, & præsentis seculi Anno sexto per typos repetitum, nec minus ab Amplissimo urbis Senatu in Civium suorum notitiam utraque vice deductum, publicis hisce Legibus insertum, & in posterum sine exceptione servandum volumus, quod hujus tenoris est: *Si Institores ultra viginti florenorum, monetae Mecklenburgicæ; Aurifabri, Pannarii, Oenopole, Caupones, Sartores, Sutores ut hujus generis homines alii, supra decēm ejusdem monetae florenorum merces, vinum, cerevisiam, aut quidvis aliud, in hac Academia studentium fidei post hac exponant, actio contra Studioſos in tali caſu a Magnifico RECTORE minime admittenda, sed rejicienda est ad judicium iſtius loci, ubi studioſorum parentes, aut fundi existunt.*

IX.

De cetero, Docentes & Graduati omnium Facultatum partes officii sui fideliter obeant, neque exemplis morum Studioſæ Juventuti noceant; quin Academiæ bonum, quantum singulorum in viribus est, procurare ac promovere studeant ac allaborent.

X.

Studioſos verò quod attinet, ab iis, qui vere tales esse & per Academiam promoveri, pœnas autem fancitas evitare volent, requirimus, ut Leges, sub illorum in Civium Academicorum numerum receptione ipsis traditas, quibus & obedientiam in vim juramenti sancte promiserunt, sedulo servare studeant, quo vitam in hac literariâ societate degant quietam atque tranquillam, in omni pietate ac honestate. *Quem in finem*

XI.

Schoristas, quos nominaverunt, qui novitios studioſos olim exagitarunt, & suo ære emunixerunt, ex nostrâ Academia, juxta tenorem Programmatiſ, Anno millesimo sexcentesimo sexagesimo secundo publicati exesse jubemus in perpetuum ! nec minus popularia illa symposia & epulas pretiosiores, quæ profusionis nationalis atque Circularis luxuriæ sunt testes, omnino

omnino prohibemus, salva interim conterraneorum amicorumque familiariitate, convictuque modesto.

XII.

Et quia Nationes olim atque nationales conventus, multum momenti ad rem illam schoristicam & pennalisticam, ut barbarè vocabatur, attulerunt; hinc, deliberatione instituta & cum aliis Germaniae Academiis communicata ordinatum est, quod in Universitate hac Rostochiensi non debeant esse Nationes aliquæ, peculiare sibi jus aliquod arrogantes vel usurpantes, præterquam Leges & statuta Academiæ permittunt, aut RECTOR & CONCILIU M in honestis licitisque casibus permittent. Contrarium disponens aut ordinare tentans, hoc ipso sit perjurus, & ab Universitate exclusus, Relegationeque in perpetuum, & ad infamiam usque, puniendus.

XIII.

Qui Communis mensæ beneficio fruuntur, illi Dominis Inspectoribus Legibusque sibi præscriptis obedientiam præstent, nisi beneficio hoc semet indignos demonstrare, & re ipsa efficere velint.

XIV.

Cum etiam in omni vitâ & præcipue in publicis congressibus ordinem honestum servari deceat; constitutum id quoque est, ut in actibus publicis solennioribus, utpote renunciatione novi RECTORIS & collatione Graduum, RECTOR Academiæ & Professores Theologie, Juris, & Artis Medice, secundum ordinem Facultatum, ad dextram Cathedræ sublimioris; ad sinistram Senior Collegii Philosophici & Professores Liberalium Artium confideant, eo ordine, quo in Collegium Professorum singuli recepti sunt. Quem postriorem locum in Actibus minus solennibus, veluti Disputationibus, Declamationibus, aliisque, reliquarum etiam Facultatum Professores occupare habent. Professoribus in eadem seriâ assideant Concionatores & Ministri Ecclesiae. Qui vero non sunt Professores, & quidem Doctores atque Licentiati superiorum Facultatum, è regione ad sinistram Cathedræ borealis: ad dextram autem ejusdem, Magistri Liberalium Artium loca habebunt. Baccalaurei vero superiorum Facultatum, vel ad sinistram Cathedræ borealis, vel in altero latere post Magistros sedebunt.

XV.

Tandem omnes & singuli Academiæ Cives, sive Docentes sint, sive Discentes, Graduati, vel gradu non ornati, præter & juxta hæc prælecta, omnia alia observent, quæ evulgatis vel impressis etiam Statutis, Edictis & Programmatibus RECTOR & CONCILIU M jam ante imperavit, vel de novo imperabit. Ab iis, qui DEUM timent & honestati student, obedientiam nobis promittimus. Reliquos, qui DEUM & Magistratum suum non reverentur, nec nos impunitos dimittemus, nec summi Judicis Vidi etiam illi effugient.

**DEUS NOBIS OMNIBUS ET OCULOS
DET VIDENTES, ET AURES
AUDIENTES.**

Hoc vovemus !




IV. Qui cantitantes vel vociferantes per plateas vagantur, vel in diversoriis publicis, immo & in tricliniis priuatis aera concentibus implent, prima quidem vice noxam octo dieum carcere, & commensalis communis insuper unius mensis parentia, luent. Quod si post ~~bene correctionem~~ incorrigibiles se prodant, consilio abeundi, ~~at~~, necessitas emigrandi eis imponetur.

V. Eidem poenae obnicto cogunt, vel per ambages a veteranis parandum, quo aduentur, sed prauis quoque sodalitiates, qui sumtu nouitii epulati sibuntur, iis, qui mensa communab isto beneficio excludendis, inebriationes & ~~etiam~~ oriundacius impedianter, abhinc pl

VI. Poenae legum transacta Rectore & Concilio nec minimo remittendae, sed ad tenore executioni mandandae eru

VII. Nocturnos strepitos incolarum vel personae & clamores inconditos vel prohibuerunt: ita earum violat securitatis nocturnae & trans custodiae militari tradentur Rector Academiae vel de



qui nouitios vel direlliciunt ad conuiuium modo pecunia emunguntur. Reliqui vero hospitierum carcere coercentur, per octo dies insuper menarum conuiuia, quo nubes & rixae tanto efficiuntur sunt.

bus iudicialiter decretae sec mutandae, nec omnianae, sine villa deprecatio-

s, tumultus & alia, quiuntur, facinora, immotu iam severae leges insubitoribus, quibus cura demandata est, deprehensi manebunt, vsque dum issione, vel in carcerem

academ-